Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



capita sua et dicentes. Vaah
qui destruit templum dei. et in
triduo illud reedificat. Salua
temetipsum. Si filius dei es de
scende de cruce. Similiter et principes
sacerdotum illudentes cum scribis
et senioribus dicebant. Alios sal
uos fecit. seipsum non potest saluum
facere. Si rex israel est descendat
nunc de cruce et credimus ei. Con
fidit in deo liberet eum nunc si
vult. Dixit enim quia filius dei sum.
Idipsum autem et latrones qui cruci
fixi erant. cum eo improperabant
ei. A sexta autem hora tenebre fac
te sunt super universam terram usque
ad horam nonam. Et circa horam
nonam clamauit ihesus voce mag
na dicens. Heli. Heli lama sa
bactani. Hoc est. Deus meus.
Deus meus. ut quid dereliquisti
me. Quidam autem illic stantes
et audientes dicebant. Helyam
vocat iste. Et continuo currens
unus ex eis accepta spongia
implauit a aceto. et impositum
harundini. et tabat ei bibere.
Ceteri vero dicebant. Sine vi
deamus an veniat helyas li
berans eum. Iesus autem iterum cla
mans voce magna emisit
spiritum. ℣ Et ecce velum templi
scissum est in duas partes a sum
mo usque deorsum. Et terra mota
est et petre scisse sunt. et monu
menta aperta sunt. et multa
corpora sanctorum qui dormierant
surrexerunt. Et exeuntes de
monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctam ciuitatem et
apparuerunt multis. Centu
rio autem et qui cum eo erant ca
stodientes iesum visso terremotu
et his que fiebant timuerunt
valde dicentes. Vere filius dei
erat iste. Erant autem ibi mu
lieres multe a longe que se
cute erant iesum a galilea mi
strantes ei. Inter quas erat
maria magdalene. et maria
iacobi et ioseph mater. et ma
ter filiorum zebedei. Cum autem sero
factum esset venit quidam ho
mo diues ab arimathia no
mine ioseph. qui et ipse discipu
lus erat iesu. hic accessit ad py
latum et petiit corpus iesu.
Tunc pylatus iussit reddi cor
pus iesu. Et accepto corpe
ioseph inuolutum illud in syn
done munda. et posuit in mo
numento suo nouo quod exci
derat in petra. Et ad uolui
lapidem magnum ad ostium mo
numenti et abiit. Erant autem
ibi maria magdalene et al
tera maria sedentes contra se
pulchrum. Altera autem die quod
est post parasceuen conuenerunt
principes sacerdotum et